



# PHARMACOPOEIA LONDINENSIS.

---

## PONDERA ET MENSURÆ.

**A**PUD nostrates in usu sunt duo ponderum genera, unum; quo aurum & argentum veneunt, alterum, quo cæteræ fere merces; prius lingua vernacula vocamus *Troy weight*, posterius *Averdupois weight*. Horum libræ diverso modo dividuntur; illius enim libra duodecim tantum uncias habet, hujus vero sedecim. Pondere quoque differunt, tum libræ, tum uncia; libra aurifabrorum minor est altera, uncia major.

Nos libra aurifabrorum utimur; quam tamen, non ut isti opifices, sed in hunc modum dividimus:

Libra	} habet	{	uncias duodecim,
Uncia			drachmas octo,
Drachma			scrupulos tres,
Scrupulus			grana viginti.

MENSURÆ liquidorum. etiam apud nostrates dispares sunt; aliis metiuntur cerevisiam,  
A
aliis

## 2 PONDERA ET MENSURÆ.

aliis vinum; posteriores nos adhibemus, & eam vocamus libram, quæ lingua vernacula appellatur *A wine pint*.

Hanc libram hac ratione dividimus:

Libra } habet { uncias sedecim,  
Uncia }        { drachmas octo.

Congius habet libras octo.

Cochleare denotat mensuram uncia dimidia.

QUONIAM mensuram, quam vocamus libram, nullius fere liquoris pondus libræ adimplet; ubique præfiximus p. vel m. prout pondere, vel mensura, unaquæque præcipitur.



MATE-